



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De minutione sanguinis, libellus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBYTERI  
DE NATIVITATE INFAN-  
TIUM LIBELLUS.

**Q**ui in septem nascitur mensibus, si sit masculus, triginta diebus formatur, in quadraginta novetur. Femina, in triginta quinque formatur, in septuaginta moveretur, ducentis decem diebus completeretur.

Decem mensum masculus, quadraginta quinque formatur diebus, & nonaginta moveretur. Femina, in quinquaginta formatur, in centum moveretur, in trecentis nascitur.

Novem mensum masculus in quadraginta formatur, in octoginta moveretur. Femina, in quadraginta quinque formam suscipit, in nonaginta motum, ducentis septuaginta diebus nascitura. Masculus ideo citius completeretur, quia sperma unde nascitur, fortius atque calidius est.

De ossibus.

Omnia corporis ossa, sunt quadraginta unum & ducenta: septem capitis, quatuor paria, quatuordecim maxillaria, dentium sedecim, unum pali, duo menti, dentium suorum sedecim, spondiles vigintiquatuor, coxarum tres, anni tres, colla viginti tres, teneristudes octo, spatulae due, capitum spatularum duo, fercularum duo, armorum duo, cubitorum superiorum duo, inferiorum duo, raschæ manuum sedecim, peccinis in manibus octo, digitorum trigesima, anchorum duo, calcaneorum duo, navicularum duo, raschæ pedum decem, peccinis in pedibus octo, digitorum trigesima.

De nervis, & dentibus.

Omnes nervi pares atque impares sunt trigesima. Dentes sunt quasi quadam plantaria, ossibus & mento insita, qui sunt trigintatriginta, sedecim enim in maxillaribus sunt positi, quorum quatuor in parte anteriori, pars vocans & quadruplici, lati & acuti, incisores disti à medicis, sunt enim necellarii ad incisionem cuiuslibet cibi. Duo vocantur canini collaterales quadruplices, in similitate acuti, in radice vero lati, duris cibis commolendis apti. Sunt & decem alii utrinque quinque collaterales quadruplices, lati atque grossi: hi molares sunt vocati, ad molendum enim & frangendum cibum fuerunt necessarii. Ita idem dentium numerus in mento, est intelligendum: hi omnes sunt furcati, sed in eis sunt quidam diversi, alii enim quatuor, alii tres, alii duos, alii enim habent furculam, quadruplici atque pares idem molares tres, ulteriores quatuor, primi molares infra positi, duas habent, ultimi tres.

Tres dies & noctes sunt, in quibus si vir natus fuerit, corpus eius sine dubio integrum manet usque in diem iudicii: hoc est in 6. kalend. Februarii, & 3. kalend. & idus Febr. & suum mysterium mirabile est validè.

Die Dominica hora diurna, five nocturna qui natus tuerit, magnus erit & splendidus.  
Feria secunda, fortis erit.  
Feria tercia, cupidus erit, & de ferro moritur.  
Feria quarta, tractator regni erit.  
Feria quinta, affabilis erit & honorificus.  
Feria sexta, rivalis erit & multum luxuriosus.  
Sabbato, raro utilis erit.

BEDÆ PRESBYTERI  
DE MINVNTIONE SANGVI-  
NIS LIBELLUS.

**M**ini tempore, die ac nocte si necessitas urget in acutis passionibus, oportet phlebotomiam adhibere, præcipuo tempore ab octava kal. April. usque in septimum kal. Junii utilitas est sanguinem ferri hendi, quia tunc sanguis augmentum habet. Sed postea observanda sunt qualitates temporum, & cursus lunæ, hoc est, luna quinta, decima, decimaquinta, vigesima, vigesimaquinta, trigelima. In his diebus non oportet phlebotomiam imponere, quia in istis diebus multi medici affirmant, quod infinitus numerus hominum per hanc negligentiam, non observantem qualitates temporum & cursus lunæ, mortui sunt. Nam per omnia observandum est à quindecimo kalend. Augusti usque in nonas Septemb. quos caniculares dies appellant, phlebotomiam imponere, nec catarticum accipere; quia omnes humores tunc mixti sunt, nisi (ut jam diximus) si iustus evenerit ex acutis passionibus, aliud fieri non potest nisi feriatur, & vaſtas vel iniqutus sanguinis evaporetur.

Catartico autem uno tempore, vel ab octava kalend. Octob. usque in octavam kalend. Decembris urte est, quia quod per hyemem & per astatem corpus in cholera & phlegma contraxit, jam dicto tempore purgari evenit. Si enim diligenter purgatum fuerit, securus à cholera esse potest. Sola obseruatio ciborum & potus sit, ut quod oportet utatur, & à quibus laedi potest abstineatur. Quid est phlebotomia nisi recta incisio venæ. Quibus locis phlebotomamus, vel pro quibus passionibus, aut qualem venam incidere debemus. Arterias venas in occipito, propter querelam capitis & manæ passionem, usque ad os mensura quatuor digitorum de aucte. De ambis temporibus incidiimus, propter effusione oculorum. De subtus lingua, duas propter rheuma gingivatum, vel vitia oris, & dentium dolorem. De fronte tres, propter dolorem capitis, & alienationem in phrenesim. De naribus duas, propter gravitatem capitis & oculorum. De collo duas, propter humorem in capite. De brachio tres, qui per totum corpus reddunt sanguinem, capitanea linea, matricia, capsale. De manu duas, unam super pollicem propter inflationem pulmonis, & aliam de minimo digito propter inflationem splenis. De subtus talo infra propter podagricos, phreneticos, sciaticos, vel lumborum, & mulieribus quibus menstrua non veniunt & non concipiunt. De foris duas propter renum dolorem. De super pollice pedis duas propter indignationem testiculorum.

Plures sunt dies Ägyptiaci, in quibus nullo modo nec per ullam necessitatem licet homini vel pecori sanguinem minuire, nec potionem impendere, sed ex his tribus maximè observandi, octavo idus April, illo die lunis, intrante Augusto: illo die lunis, exente Decembri: illo die lunis, cum multa diligentia observandum est, quia omnes venæ tunc plena sunt.

Qui in istis diebus hominem aut pecus incidenter, aut statim aut in ipso die vel in tertio morietur, aut ad leprum diem non perveniet: & si potionem quis acceperit, quindecimo di morietur: & si masculus sive mulier in his diebus nati fuerint, mala morte morientur; & si quis de aucta qualibet incisione abstinentur, quindecimo die morietur.

Mense Januario intrante die primo, & exente die septimo. Luna ejusdem mensis prima, quarta, quinta, octava, quindecim, à phlebotomo & purgatione, vel à qualibet incisione abstinentur.

Mense Februario intrante die octavo & exente die septimo. Luna ejusdem mensis decima, septima, decima-nona, vigesimaquinta.

Mense Martio, intrante die tertio, exente die septimo. Luna ejusdem mensis, decimaquinta, decimasexta, decimaseptima, decimaoctava.

Mense

Mense Aprili intrante die decimo, exente die undecimo. Luna eiusdem mensis nona, septima, vigesima.

Mense Mayo intrante die quarto, exente die septimo. Luna eiusdem mensis, quinta, duodecima, decimaliesexta.

Mense Junio intrante die octavo, exente die quinto. Luna eiusdem mensis, quinta, sexta, septima.

Mense Julio intrante die decimo septimo, exente die decimo. Luna eiusdem mensis, decima sexta, decima septima, decimaliesexta, vigesima, ma septima.

Mense Augusto intrante die quinto, exente die decimo quinto. Luna eiusdem mensis, decima nona, vigesima, vigesima prima.

Mense Septembri intrante die nono, exente die nono. Luna eiusdem mensis, quinta, decima quinta, vigesima quinta.

Mense Octobri intrante die nono, exente die decimo. Luna eiusdem mensis sexta, septima.

Mense Novembri intrante die quinto, exente die sexto. Luna eiusdem mensis, decima quarta, vigesima quinta.

Mense Decembri intrante die decimo quinto, exente die octavo. Luna eiusdem mensis, prima, decima quinta, decimaliesexta.

Præterea in mense. Luna prima, quinta, nona, & decima quinta, & tres dies inchoationis, & tres antequam exeat prædicta abfieri, obseruande sunt.

Luna prima, tota die est bona.

Luna secunda, non est bona.

Luna tertia, bona.

Luna quarta, in matutino bona est.

Luna quinta, non est bona.

Luna sexta, non est bona.

Luna septima, tota die est bona.

Luna octava, de nona usque sero est bona.

Luna nona, non est bona.

Luna decima, bona est.

Luna undecima, non est bona.

Luna duodecima bona est.

Luna decimatercia, bona est usque ad nonam.

Luna decima quarta, bona est.

Luna decima quinta, non est bona.

Luna decimafesta, inutilis est.

Luna decimaseptima, tota die est bona.

Luna decima octava, non est bona.

Luna decimanona, melior est.

Luna vigesima, tota die est bona.

Luna vigesima prima, in matutino bona est.

Luna vigesimalecunda, ab hora sexta bona est.

Luna vigesimatercia, ab hora octava bona est.

Luna vigesima quarta, bona est.

Luna vigesima quinta, non est bona.

Luna vigesimaexta, non est bona.

Luna vigesimaseptima, tota die bona est.

Luna vigesima octava, non est bona.

Luna vigesimanona, non est bona.

Luna trigesima, non est bona.

Quinta, decima quinta, vigesima, vigesima quinta, trigesima, in his phlebotomari prohibetur. A decimo quinto, calend. Augulti, usque in nonas Septemb. dies canicularis titulantur, in quibus nec phlebotomum imponit, nec potionem dabunt. Potio vero ab octavo calend. Octob. usque ad octavum calend. Decemb. utilis est.

Omnis tempore, si necessitas urget, phlebotomum est adhibendum. Verum ab octavo calend. April. usque ad octavum calend. Jun. utilissimum est sanguinem detrahendi tempus, quia tunc crescit sanguis in homine. Postea obseruatio temporum & cursus Luna habenda.

## BEDÆ PRESBYTERI DE SEPTEM MUNDI MIRACVLIS LIBELLUS.



Septem miraculis mundi, manu hominum facti. Quod primum est, Capitolium Romæ, salvatio ciuium, major quam civitas, ibique fuerunt gentium à Romanis caprarum statuæ, vel decorum imagines, & in statuatu pecto-ribus nomina gentium scripta, quæ à Romanis capra fuerant, & tintinabula in collibus eorum appensa. Sacerdotes aut per vigilas diebus & noctibus per vices ad harum custodiā curam habentes intendebant: si quelibet carum moveretur sonum mox faciente tintinabulo, ut scirent quæ gens Romanis rebellaret. Hoc autem cognito, Romanis principibus verbo vel scripto nunciabant, ut scirent ad quam gentem repromendam exercitum mox destinare deberent.

### Secundum.

Pharus Alexandrina super quartuor cancros vitreos per passus viginti sub mari fundata est. Hæc namque mirum, quomodo tam magni cancri fieri possent, vel quomodo deportari & non frangi valerent, qualiter fundamenta cæmentia desuper harcerre potuerint, vel quomodo sub aqua cæmentum stare valeat, & quare canctinon franguntur, & quare non lubricant desuper jacta fundamenta.

### Tertium.

In Rhodo insula Colossi imago ærea centrum triginta sex pedum fusilis facta: hoc mirum qualiter tam immeasa moles fundi potuisset, vel erigi & stare.

### Quartum.

Quartum miraculum simulacrum Bellerophontis feruum cum equo suo in summa civitate suspensum, in aere fistere, nec catenis penditur, nec desuper ullo stipte sustentatur, sed magni lapides magnetum in archivoli habentur, & hinc & inde in allumptionibus trahitur, & in mensa aquiparata consistit, est autem estimatio ponderis circa quinque millia librarum ferræ.

### Quintum.

Quintum miraculum theatrum in Heraclæ, de uno marmore ita sculptum est, ut omnes cellulae & mansiones muri & antra bestiarum, ex uno solido que lapide factum est, super septem cancros de ipso lapide sculptos appendens sustinetur: & nemo in gyro ipso tam feceret, aut solus aut cum aliquo loqui potest, quod ipsum non audiant qui in gyro adificij sunt.

### Sextum.

Sextum miraculum, balneum, quod Apollinus Tiansus cum una candela consecrationis incendit. Thermas perpetuo igne sine ulla administratione calentes fecit.

### Septimum.

Septimum miraculum, templum Diana, super quatuor columnas, prima fundamenta percussa sunt arcuum, deinde paulatim succrescens super quatuor arcus eminentiores lapides arcibus prioribus suppositi. Super quartuor, octo columnæ, & octo arcus positi: inde tertio ordine æqua ponderatione per quatuor partes succrescens, super eminentiores lapides positi. Super octo sexdecim fundati sunt: super sexdecim, triginta duo: iste quartus est in quinto ordine sexaginta quatuor columnæ finem faciunt tam mirabilis adificij.